

alij assistentibus: at quatenus recipit eas benedictiones; culpam mortalem non videtur. Quia excommunicatus non exclusus est à sacramentalibus quibuscumque, vt à assumptione aquę benedicta: nisi dicas benedictiones illas esse preces nomine Ecclesie factas pro sponsis qui benedicuntur. At excommunicatus est exclusus ab ijs precibus: Atq; ob hanc rationem fateor quoque esse mortale in excommunicatione tali benedici: non autem eod quod sacramentalia sint. Quod si excommunicatio minor sit, nulla est culpa benedictiones recipere, quia sola sacramentorum receptione priuatur. Et id fateatur ipsemet Palud. ca. q. 2. art. 2. concl. 3. nu. 10. sine.

14 Ex dictis infertur, teneri excommunicatum siue maiori, siue minori, præmittere matrimonij contractui absolutionem ab excommunicatione, casu quo esset mortale cum illa contrahere, iuxta dicta. At confessionem sacramentalem non tenetur præmittere, quãtis peccato lethali sit prædictus, vt beate docent Veracruz appendicæ ad speculum, dubio. 13. concl. 2. Maius in eo summo 2. editio. capit. 24. numer. 1. Atq; Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 1. solum hortatur ad confessionem, & communionem præmittendã. Et nemo hoc negat. Quia solum Eucharistie sacramentum præmitti confessionem mortaliu delictorum postulat: cetera autem solum confessionem; vel attritionem bona-

fide contritionem estimatam, quod dignè recipiantur. Si autem iam matrimonio initum sit, nulla est culpa suscipere benedictiones in mortali. Quia eae non sunt sacramentalia.

15 Tandem suspensus etiam generaliter si solis minoribus ordinibus initiatus sit, nullo modo peccat matrimonium iniens, aut benedictiones suscipiens. Quippe suspensio est propria clericorum pena, quã ab actibus ordinis proprijs, aut à beneficio suspenduntur. Quare licet esset suspensus ab Ecclesia ingressu, posset in ea benedictiones recipere. Nam non est sibi interdictus ingressus Ecclesie vt laico; sed vt clerico. Quare posset in ea audire diuina; & officere quicquid laico fieret. Sic docet Palud. dist. 26. quest. 2. art. 1. conclusio. 4. numer. 11. Quod si non suspensus esset, sed illi interdiceret ingressus Ecclesie, non posset intra Ecclesiam benedictiones recipere. Quia interdictum est centima communis laicjs, & clericis: posset tamen extra Ecclesiam eas recipere. Quia nullus actus extra Ecclesiam gestus, per id interdictum prohibetur, vt à contrario sensu colligitur ex cap. is cui, de sent. excom. in. 6. Et docet ibi Glossa verbi in ea, ab vniuersis Doctoribus recepta.

16 Ad argumentum. nu. 1. propositum, die excommunicatos esse in capris licetè recipiendi sacramenta: recepta valida esse. Argumentis nu. 7. obiectis satisfice. nu. 8.

DISPUTATIO DECIMA.

An Catechismus matrimonium impediat in eundum?

S. V. M. M. A. R. T. V. M.
 Quid sit Catechismus, et quomodo contrahat cognitionem dirimentem, an solam impediat matrimonium, et quomodo dirimat.
 Oportet vt tenor sit in toto Catechismo, nisi in vno articulo.
 Oportet ad id respondere ad interrogata circa fidem, nu. 1.
 An contrahatur hæc cognitio per exorcismum? nu. 5.
 Ad quod gradus hæc cognitio iure antiquo extendebatur, nu. 6.
 An etiam ex Catechismo subsequenti baptisimo, nu. 7.
 An desineret Catechismus simul esse cum

baptismo? Vel vt fiat Catechismus sine baptismo? Et quando id est patrinus versus quosdam, contrahatur duplex cognitio, nu. 8.
 An contrahatur cognitio ex Catechismo, licet postea baptisimus non sequatur? nu. 9.
 Cognatio hæc an sit restricta per Tridentinum, in istar cognitionis ortu ex baptismo? Et contrahens an limitans mensuram, corrigi, & limitat rem mensuram. Et vitium duplex ex vna radice ortum tollit vnica lege, nu. 10.
 An sit sublata cognitio Catechismi per Tridentinum deservit quedam sententia, nu. 11.
 An teneatur Patrobus in libro amatorum patrum in solo Catechismo inuentione

17

18

puero iam domi baptizato numer. 13.
 Soluantur argumenta, nu. 12.

19 **R**emittendum est quid sit catechismus. Est instructio fidei que fit ante ianuã Ecclesie super baptizando: diciturq; sic à catechizo, id est, instruo. De quo habetur. c. ante baptismum, de consecr. d. 4. Ita docent Angelus, Syl. & reliqui summarum auctores verb. catechismus, statim in principio.

20 Secundo supponendum est, eum qui tenet puerum in catechismo, contrahere cognitionem spirituale imperfectam, impedientem quidem, sed non dirimentem matrimonium. Habetur expressè. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. & c. contracto, de cognat. spirit. Ratio autem huius ea est, iuxta D. Tho. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. ad 3. Durand. ibi. q. 1. ar. 2. nu. 8. Ricard. ar. 1. q. 2. Quod catechismus sit quedam futuri baptismi professio, eiusq; initium, & est quedam regeneratio imperfecta per fidem, quam protestatur patrinus pro paruulo: sicut sponsalia sunt quoddam matrimonij initium. Quare sicut in his contrahitur quidam gradus propinquitas imperfecta: ita in illa quedam cognitio spiritualis imperfecta. Quare audiendus non est Hugo, qui. c. peruenit, 3. o. q. 1. docet dirimere quoq; matrimonium, per illum textum. Qui id minime probat: nec hodie est de hac re controuersia, cum clarè textibus citatis decidatur nõ esse impedimentum dirimens. Nec similiter fides habenda est Soto. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. col. 4. vers. v. gentius autem, vbi tanquam re dubiam asserit catechismum impedire matrimonium, quia (inquit) Bonifacius. 8. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. non asseruit hoc impedimentum: sed id collegit ex c. contracto, de cognat. spirit. vbi Clemens. 3. non id clarè decidit, sed tantum dicit catechismum vix asserere impedimentum matrimonio. Quę verba potius sunt dubitantis, quã asserentis. Quare cum collectio non sit clara, nec etiam decisio certa erit. Sed vniuersi Doctores tanquam certum statuunt hoc impedimentum. Quippe verba ea. c. contracto, quę non ita clarè decedebant esse impedimentum, explicuit Bonifacius. 8. d. c. 2. vt verè statuierint per catechismum cognitionem impediri, non tamen dirimi matrimonium, vnde iam de hoc dubitandum minime est.

21 Oportet tamen vt is patrinus in toto catechismo teneat, vt hanc cognitionem cõ-

trahat, vt bene docet glossa. c. contracto, de cognat. spirit. in fine.

22 Nec satis est tenere in catechismo, sed is contrahit hanc cognitionem, qui infantis personam gerit, respondens ad fidei interrogata, dũ sacerdos rogat, an credit. Quare sicut in baptismo hæc cognitio spiritualis contrahitur per elevationem pueri de sacro fonte: ita in catechismo per professionem illam fidei nomine infantis factã. Catechismus enim est quadã fidei instructio (vt nu. 1. diximus.) Sic docent Veracruz. 1. p. speculi, art. 22. dubio. 4. concl. 2. Palacios 4. d. 42. disp. vnica, col. 31. fol. 928.

23 Hinc deducitur recedendum esse à Paludano. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. nu. 7. dicenti ex exorcismo cognitionem hæc oriri. Quia c. peruenit, 3. o. q. 1. sic ait, Deus dedit Pontifex. A primo pabulo sacri falis vsq; ad confirmationem per christma, nullus Christianus suam commatrem in coniugium suscipere debet. Sed dicendum est per solum catechismum contrahi. Quia textus nu. 2. allegati de solo eomentionem faciunt. Nec obstat id. c. peruenit, quia (vt bene ait Durandus statim eam gaudus) ea verba copulatiuè, & non disiunctiuè accipienda sunt: ita vt per omnia illa contrahatur cognitio, sed quasi initium sumat in ipso exorcismo. Atq; ita tenent D. Thom. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. corp. & ibi Dur. q. 1. ar. 2. nu. 7. Palacios ibi, disp. vnica, col. 31. fol. 928. Quandus ibi, disput. vnica, propositione. 7. Veracruz. 1. p. speculi, art. 22. dubio. 3. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. nu. 149. Enriquez lib. 2. de baptisimo. c. 15. nu. 4. in commento, littera. K. & lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. commento, littera. M. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 46. §. penultimo, sine.

24 Extendebatur autè hæc catechismi cognitio, attentio iure antiquo, ad eosdẽ personas, ad quas cognitio ex baptismo orta, & ad eosdẽ gradus. Quanus enim. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. & c. contracto, de cognat. spirit. vbi hæc cognitio statuitur, nulla gra duum, aut personarum ad quas extenditur, mentio fiat: quia oritur hæc cognitio, eod quod catechismus sit quoddã baptismi initium, & cognationis spiritualis perfectæ ex illo orta, inde est vt per illam metienda sit, ad eosdemq; gradus vtraq; traheda veniat. Sic Nauar. summa. c. 22. n. 72. Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. num. 14. §. Catechismus. Idq; supponit vniuersi Doctores. nu. 10. allegati, dicentes restrictã esse per Tridentinum instar cognitionis ex baptismo orta.

25

7 Quidam tamen temperant, ut tunc hæc cognitio ex catechismo oriatur, quando baptismum præcedit: sicut si puero iam baptizato fiat. Quod textus. c. 2. de cogn. spirit. in. 6. docens hanc cognitionem ex catechismo contrahi, expresse decidere videtur, ibi, *Per catechismum qui præcedit baptismum*. Solum catechismus baptismum præteritum hanc cognitionem parere. Atque ita hanc cognitionem explicantes, de baptismum præcedenti catechismo, loquuntur. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 3. Caiet. summa verb. matrimonium c. 1. verb. secundum verò caput, vbi Armilla. n. 56. impedimento. 4. Sorus. 4. d. 57. q. vnic. art. 1. ad finem corporis. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 11. de impedimento ordinis, art. 2. in principio. Deinde, quia catechismus hanc cognitionem producit, eod quod sit dispositio ad futurum baptismum, eiusque initium. (vt diximus num. 2.) Quod non inuenitur, quoties ipsum baptismum antecedit. Atque ita tenet Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 46. §. de catechismo. At verius est id efficere catechismum, quanvis baptismum præteritum sit. Quippe eadem semper militat ratio, nam fæpæ natura est quoddam initium generationis spiritualis perfectæ, & dispositio ad baptismum: quanvis per accidens ratione occurrentis necessitatis, aliquando baptismum postponatur. Nec obstat textus in contrarium adductus, quia ea verba frequentioris vsus gratia apposta sunt; communiter enim, ac recto seruato ordine catechismus procedit. Quare dispositionem non restringunt. Iuxta tradita per scribentes. l. vnic. C. de rapu virgin. Atque ita docent Hieronymus Paulus in provinciali, folio 16. quem refert, & sequitur Co. uar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 11. Ouandus. 4. d. 4. 2. disp. vnic. propositione. 7. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. ar. 2. dubio. 1. quod mouet circa. 2. argumentum. Ludouicus Lopez 2. p. instructorij, de matr. c. 51. columna 3. initio §. ex quo corollarie sequitur. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. num. 1. Nec quicquam refert testibus Hieronymo Paulo, & Co. uar. ibidem, si longo tempore post baptismum catechismus accedat.

8 Alij censent catechismum non producere hanc cognitionem matrimonium impedientem: nisi quando baptismum coexistit. Sic Albertus Magnus. 4. d. 42. artic. 5. sine. Alij verò contra tunc id efficere dicunt, quando absque baptismum sit catechismus. Ita Ouandus. 4. d. 41. disput. vnic. propositio-

ne. 7. Sed ab vtroque recedendum est. Quia nil confert, siue catechismus solus, siue vnacum baptismum concurrat. Quippe textus. nu. 2. allegati non distinguunt. Id tamen liberenter fateor cum Palacios 4. d. 42. disput. vnic. columna 31. & 32. folio 928. & sequenti, quoties esset idem patrinus in catechismo, & baptismum; vnacum pullulare cognitionem. Superflua enim esset alia. At vbi diuersi essent patrini, vterque suam cognitionem contraheret.

9 Nec desunt etiam qui dicant forsan desiderari subsequi baptismum, quò hæc cognitio ex catechismo suboriatur: ac proinde quòd catechismus absque baptismum est, quia catechizatus retrocedit, aut antea vita defungitur, eam minime oriri. Ita Palacios. 4. d. 42. disput. vnic. columna 30. & 31. folio 928. & sequenti. At non video huius fundamentum. Res enim hæc non pedit ex futuro euentu: sed tempore facti catechismi contrahitur hæc imperfecta cognitio spiritualis, vt probauimus nu. 2. & duplici sequenti: ac proinde siue subsequatur, siue non, baptismum, cognitio ea semel contracta minime abolebitur. Nec inconueniens est hanc imperfectam cognitionem spiritualem in infideli reperiri.

10 Potissima autem difficultas in hac disputatione pertractanda est, an hoc catechismi impedimentum sublatum sit prorsus per Tridentinum Sess. 24. de matr. c. 1. Qui in re conflat saltem restrictam esse cognitionem ex illo ortam, ad gradum primum, ad quem eo decreto Tridentini contracta est ex baptismum orta cognitio. Quanvis enim nulla in eo mentio fiat catechismi, at cum baptismum mensura sit eius quæ ex catechismo oritur, & ex illa gradus in hac sumantur (vt diximus. n. 6.) satis est cognitionem baptismum restrictam esse, vt eodem quoque pacto censetur catechismi cognitio restricta. Quando enim duo sic se habent, vt alterum sit mensura, & alterum mensura, lex corrigens, vel limitans mensuram, censetur pariter corrigere, & limitare rem mensam, si eadem ratio in vtriusque limitet. Vt alijs similibus adductis probant Dominicus. c. 1. n. 9. fallentia. 5. de tempor. ordin. in 6. & ibi Francus. n. 8. limitacione. 9. & reperitur hic eadem ratio suo modo. Nihil licet non sit identitas in vtraque; cognitio quantum ad rationem dirimendi matrimonium: est tamen quantum ad impedendum: atque hæc sufficit ad dispositionis identitatem. Et confirmatur, quia hæc ratio Glossa

communiter recepta. c. non debet verb. in secundo, & tertio, ad finem, de cõanguin. & affin. docet per eum textum sublata esse quædam genera publicæ honestatis, quòd sublata sint similia affinitatis. Quoties enim duplex vitium ex vna radice nascitur, vna lege tollitur. l. vltim. fin. C. de nuptijs. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiur. Et ideo huius sententia sunt Nauar. summa latina c. 22. num. 72. ver. ad questionem autem: hispana. c. 23. additioe ad eundem. n. Maiolus lib. 3. de irregular. c. 25. nu. 14. 5. catechismus, Palacios. 4. d. 42. disput. vnic. col. 29. fol. 927. Vgolinus de matr. c. 20. n. 5. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 46. fin. in. 2. editione. Enriquez lib. 2. de baptismum. c. 15. fin. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. 3. §. in huius expositionem. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, de matrim. c. 46. impedimento. 4. Viualdus candelabro. 1. p. de matrim. nu. 91. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 226. nu. 1. sine. Vega. 1. tomo summa. c. 33. casu 39. ad finem.

11 Difficultas autem eod pertinet, an id catechismi impedimentum sit omnino sublatum. Duplex est sententia. Prima ait adhuc manere. Dicitur, quippe intentio legis expositionem colligatur, per illamque tollatur incertitudo legis, ac manifestetur eius dispositio, vt multis relatis probat Tiraquell. tract. cessante causa, limitatione. 1. num. 65. Quòd si præfationem decreti Tridentini sess. 24. de matrim. c. 2. attendamus, manifeste solam cognitionem dirimentem matrimonium restringere voluit, vt constat ex ijs verbis. *Docet experientia propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis contrahi matrimonia ignoranter: in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur*. Quæ rationes præfationis nullatenus habent locum in cognitione spirituali solum impedienti, qualis est catechismus. Cum enim matrimonium validum sit, nec id dirimere oportet: nec in eo cui peccato perseveratur. Et confirmatur, quia in nullo ex capitibus sequentibus restringit concilium, impedimentum aliquod esse solum impedientibus: sed tantum affinitatis, & publicæ honestatis: quæ dirimentia sunt. Secundò quia decretum hoc est iuris communis correctorium: ac proinde cum expresse non auferat hanc cognitionem, ad illam extendi nõ debet, sed itaqum casus omiffus relinquere de-

bet iuris communis dispositioni. l. commo diffime. ff. de liberis, & posthum. Ita supponere videntur Nauar. Maiolus, Viualdus, Manuel, Vega, nu. præcedenti allegati, dum dicunt eam cognitionem per Tridentinum restrictam esse, nec vltius dicunt esse prorsus ablatam, quasi non esse supponentes. Eiusdem sententia videntur etiam esse alij qui post Tridentinum scribentes docent esse impedimentum. Sic Antonius Cucus lib. 5. instit. maiorum, tit. 12. nu. 17. Lancelotus, instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognitione. §. per catechismum, ver. dissoluetur. Angles floribus. 1. p. de matr. q. 11. de impedimento ordinis, art. 2. in principio, Mariengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 148. Toledo lib. 7. summa. c. 14. sine. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, de matr. c. 46. impedimen. 4. & c. 51. col. 3. initio. Vega. 2. tomo summa. c. 5. casu. 3. Et tenet in terminis proprijs, Palacios. 4. d. 42. disput. vnic. col. 29. & 30. fol. 927. Bartholomæus à Ledesma de matr. dubio. 46. in priori editione. Et est valde probabilis.

12 Verior tamen sententia habet id impedimentum catechismi esse omnino sublatum per d. Tridentini decretum. Quòd numeratis in eo decreto personis inter quas contrahitur cognitio spiritualis per baptismum, vel confirmationem, & iure antiquo circa hoc correctio, sic concludatur. *Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis*. Et si dicas intelligi de cognitione spirituali contracta per baptismum, vel confirmationem: obstat principium illius capituli, vbi dicitur Concilium se velle multitudinem prohibitionum restringere, vt incommoda vitetur: & statim subiungit *Volens itaq; sancta Synodus huic in modo prouidere: & a cognationis spiritualis impedimento incipiens statuit*. Vbi generaliter de cognitione spirituali loquitur: & statim statuit inter quas personas contrahatur: ac in fine concludit inter nullas alias personas contrahi. Verè igitur intendit cognationis spiritualis impedimentum omnino auferre, præter casus ibi expressos, inter quos catechismus non numeratur. Et confirmatur, quia Pius. V. motu proprio edito anno. 1566. 4. Kalendas Decembris, declarat prædictum Tridentini decretum, sit non esse recedendum à præcis illius verbis. Cui ergo concilium generaliter dicat inter nullas alias personas contrahi eam cognitionem, quàm ibi expressas, censendum est cognitionem catechismi, cuius ibi mentio minime

fit, omnino sublata esse. Tandem, quia cognatio hæc catechismi primam originem trahit à baptismo: ideo enim contrahitur, quod sit in initio quoddam, & dispositio ad baptismum (vt n. 2. diximus.) Quare sublata cognatione baptismi tollitur, licet catechismi non fiat mentio. Quod etiam, num. 10. probauimus, eò quod cognatio baptismi sit illius mensura. Cum igitur Tridentinum omnino abstulerit cognationem baptismi, præterquam inter tenentes in ipso baptismo, censetur ablata cognatio tenentium in catechismo solo: quæ si primam originem attendamus, à baptismo procedit. Et ideo huius sententiæ sunt Veracruz. 1. p. specul. art. 22. sine, & art. 55. fin. Quidam. 4. d. 42. disputatione vnica, propositione. 8. Enriquez lib. 2. de baptismo. c. 15. nu. 4. & c. 18. nu. 2. sine. Et lib. 12. de matrimonio. vbi de impedimentis nō dirimentibus. nu. 4. Bartholomæus à Ledesma dubio. 46. de matrimo. sine, in posteriori editione. Petrus de Ledesma summa sacramentorum. cap. 13. de baptismo, dub. 2. post. 7. conclus. Et in suo tractatu de matrimo. q. 56. ar. 3. §. in huius expositionem, & est modo communis.

Hinc deducitur expedire vt Parochus describat in libro (quem habere debet ad describendum nomina patrinorum baptismi, iuxta Tridentinum scilicet. 24. de matrimo. c. 2.) an sint illi patrini in solo catechismo:

DISPUTATIO VNDECIMA.

Qualiter votum simplex matrimonio ineundo obstat, nec id dirimat?

SYMMARIUM.

Quæ questiones disputantur, nu. 1.
 Proponuntur argumenta suadentia matrimonium dirimi per votum simplex, nu. 2.
 Referuntur alia probantia aliquando nec impediri, nu. 3.
 Votum simplex castitatis impedit, & non dirimit matrimonium, nu. 4.
 Id votum emissum in societate lesu dirimit, nu. 5.
 Nec dirimit votum religionis, non ineundi matrimonium, assumendi ordinis sacri: & iuramentum caritatum rerum, sed tantum impediunt, nu. 6.
 Quid, si hæc vota sint conditionalia, vel pro tempore implenda, quod nondum aduenit: vt post

quod puer sit iam domi baptizatus. Ita Nauar. Ludouicus Lopez. nu. 11. relati. Petrus de Ledesma vtroque loco relato nu. præcedenti. Et quanuis hi non explicant an Parochus ad hoc teneatur, at existimo eum teneri. Quia Tridentinum, patrinorum nomina describi iubet, quod sciatur qui cognationem spirituales contrahant, ne matrimonia iniquè contrahantur. At latissima est differentia, num in baptismo teneantur, an in solo catechismo. Quod priori casu sit impedimentum dirimens: posteriori autem, ad futurum impediens: & iuxta verior sententiam est nullum impedimentum, vnde non fideliter id describeret Parochus, nisi annotaret solius catechismi eos patrinos fuisse. De fraudaret enim Concilij intentionem, aniamque præberet dissoluendi matrimonia validdè cum eo solo impedimento inita: (cuius ego testis sum oculus, in casu Granata contingenti): & tandem iniurius foret ipsismet patrinis.

Ad argumenta. n. 11. proposita responderetur ex dictis. nu. 12. Nā in proœmio de prohibitionū multitudine, non distinguens de dirimentibus, an solū impediuntibus, loquitur Tridentinum. Deinde in fine clarè omnem aliam cognationem excludit, vt. n. 12. ostendimus. Nec refert in sequentibus minimè fecisse mentionem impedimenti alicuius solū impediens. Quia tætor nullo alio tale restrinxisset: id tamen non cōcludit hoc non restrictum esse.

obitu matris: numer. 7.

An his votis astricō, liceat matrimonium ini-
 re animo transandi ante confirmationem
 ad religionem: saltē si iurauit sponsalia:
 vel post illa emisit: vel post votum accide-
 rit desoratio, vel infamatio famina. Et
 qualiter post hæc vota, ante, vel post matrimo-
 nium emissa, de consensu communi, vel al-
 terius coniugis, aut alijs: illo interdicitur
 vsus matrimonij: & quis dispensat? Romif-
 sine, nu. 8.

An veneris tentationibus vexato, & passim
 succumbens, liceat post hæc vota, matrimo-
 nium iniuri? Explicaturque ea regula, votum
 non obligat, quando eo emissio superuenit ali-
 quid, quod minus bonam, & contra consilium

reddi

reddi illius materiam. Et an valeat votum
 castitatis emissum ab eo, cui matrimonium
 esset sub consilio ob frequens lapsus carnis?
 num. 9.

An valeat matrimonium, dum vterque coniux
 voto castitatis astricō erat innum. 10.

An peccet iniens matrimonium cum habente
 castitatis votum? num. 11.

Qualiter respondere liceat astricō castitatis
 voto, roganti an validdè possit matrimonio
 copulari: & similiter alijs votis id impedi-
 entibus ligato? num. 12.

Dissoluantur argumenta. n. 13.

An liceat consulere minus malum, gratia ma-
 ioris vitandæ? Refertur quedam sententia
 num. 14.

Authoris sententia proponitur. n. 15.

An liceat etiam ad id minus malum inducere?
 num. 16.

An inducens ad id minus dānum teneatur re-
 sistere? n. 17.

An liceat offerre inferenti id minus dam-
 num? n. 18.

An liceat offerre materiam illius minoris ma-
 li perpetrandi: ac complice eum quo id ad-
 mittere dū est, vt consentiat inducere? n. 19.

An oporteat vt eis, cui minus malum consulti-
 tur, sit ad vt minus determinatū? n. 20.

Quid, si ad minus malum non sit omnino deter-
 minatus, sed malo habitu affectus, passim
 in illud labatur? n. 21.

An oporteat sic consulere exprimerè condi-
 tionem, si minus malum perpetratus est?
 num. 22.

An parentibus, iudicibus, & confessorijs liceat
 minus malum consulere, ad vitandū ma-
 ius? Et an hi, vel alijs potentes alia via verū-
 que damnū impedire, teneantur restituere
 minus consulente? n. 23.

An liceat consulere minus damnum vnus, ad
 vitandū maius alterius? n. 24.

An volenti mea bona eripere, liceat ad illa rui-
 da consulere, vt alterius rapiat? n. 25.

An liceat malum cōsulere, vt aequale vitetur?
 num. 26.

An liceat cuiquam minus peccatum, etiam
 miniale patrare, vt grauisimum in se ipso, vel
 in alio caveat? n. 27.

Qualiter à culpa vindicatur factum Lorb offe-
 rentis filias Sodomitis, vt a peccato nefan-
 do eos auerteret? n. 28.

An habenti votum castitatis, vel alia matrimo-
 nio obstantia, liceat suadere, vt uxorem du-
 cat, quando passim in veneris labitur?
 nu. 29.

Qualiter respondere liceat astricō castitatis
 voto, roganti an validdè possit matrimonio
 copulari: & similiter alijs votis id impedi-
 entibus ligato? num. 12.

Dissoluantur argumenta. n. 13.

An liceat consulere minus malum, gratia ma-
 ioris vitandæ? Refertur quedam sententia
 num. 14.

Authoris sententia proponitur. n. 15.

An liceat etiam ad id minus malum inducere?
 num. 16.

An inducens ad id minus dānum teneatur re-
 sistere? n. 17.

An liceat offerre inferenti id minus dam-
 num? n. 18.

DISPUTATIO Præfens
 duplicem petit difficultatē enu-
 cleandam. Prior est, qualiter
 votū simplex matrimonio inē-
 do obstat? Posterior, qualiter id votum ha-
 bentis licitè consulatur, si passim succum-
 bat tentationibus, vt potius matrimonium
 contrahat.

Questio prior. An votum simplex casti-
 tatis impedit matrimonium, idque diri-
 mat? Et quidem id dirimere, videtur sua-
 dere sequenti. Quia votum simplex non
 minus obligat apud Deū, quàm solemne,
 c. rursus, qui clerici, vel vœuent. Hoc autē
 dirimit. Et confirmatur, quod vtique
 votum sit eiusdem speciei. Secundo.
 Quia cum nemo ad rē illicitā possit obli-
 gari, quæcunque talis obligatio irrita est
 apud Deum. Cuiusmodi est obligatio per
 matrimonij contractum inducta post sim-
 plex castitatis votum. Tandem, quod
 id vinculi fortioris est proprium, vt debili-
 us dissoluat. At votum simplex, vt pote
 obligatio cum Deo contracta, exuperat ma-
 trimonium, quippe quod contractus cum
 homine iniustus est; dissoluet ergo matrimo-
 nium.

Ex altera parte, videtur aliquando non
 impedire matrimonium, in semper, quando
 votum castitatis cedit in spirituale detri-
 mentum vouentis, qui consultius ageret
 matrimonium ineundo: vt potè qui vene-
 reis tentationibus exagitatus, passim suc-
 cumbit, atque præ nimia carnis fragilitate
 continere nequit. Si eæ carnis molestia, ac
 frequens ruina votum antecedit, videtur
 id votum irritum, quod eius materia non
 sit illi satis idonea, & iusta, immo potius cō-
 tra id consilium Pauli 1. ad Corinth. 7.
 Quod si nō se cōtinent, nubāt: melius est enim
 nubere quā vri. Si verò voto iā emissio sub-
 sequatur, obstat obligationi eius voti, com-
 munitis illa regula Doctorum, & nominatim
 Caietani summa verb. votum, & nimirum,
 quando ei qui vouit constat aliquid esse
 melius præterita voti materia, posse prop-
 ria auctoritate à voto recedere, & in illā
 materiam commutare. Insuper obstat, red-
 di materiam ineptam votum, & ingrati Deo,
 quoties id superuenit, quod præcedens effi-
 ciceret vt non esset materia apta voti. At in
 hoc euentu, cum melius sit & cōsultius il-
 li matrimonium, non est apta voti materia,
 nec grata Deo castitas, sed contra consi-
 lium: ergo difficultas hæc superueniens,
 aut votum illud omnino reddet irritum:

aut

nam inire matrimonium cum excommunicato parato, & non denunciato, nulla est culpa, nec cooperatio, quantum ipse excommunicatus peccet (ve dixi disput. 9. nu. 8.) quia excommunicatus non inducitur ab altero, & potest bene contrahere petra prius absolutione. Similiter ergo nulla erit culpa, cum habete votum castitatis parato inire matrimonium; potest enim prius obtenta voti dispensatione licet id facere. Respondetur disparem esse rationem. Nam excommunicatio non est impedimentum speciale matrimonij, sed sicut peccatum mortale impedit omnium sacramentorum receptionem, ratione indignitatis recipientis, ita excommunicatio, quia ita facit Ecclesia obrecurentiam, & dignitatem sacramenti, quod bonam recipientis dispositionem petit. Cum non sit igitur speciale impedimentum matrimonij, nec illi obstat quatenus contractus est, sed ratione sacramenti, inde est vt id obstatulum non afficiat vtrumque contrahentem. Quare ex ea parte nulla erit culpa in non excommunicato, nisi cooperaretur ad alterius peccatum: quae cooperatio non reperitur in contrahente cum eo excommunicato parato. At votum, impedimentum speciale est matrimonij, vt est contractus: ac proinde vtrumque contrahentem impedit. Iustus enim matrimonij contractus petit in neutro contrahente esse impedimentum impedians, aut dirimens. Quare licet cesset cooperatio, cum aliter voto est paratus, & inducit alterum, qui vt sua utilitati consulat, matrimonio annuitat non cessat ratio peccati, eo quod contrahentur impedimēto impediēti.

12 Tandem dubitari potest, qualiter responderi liceat aliter voto castitatis voto (& idem de alijs votis quae similiter impediunt) roganti an valeat matrimonium contra illud inire? Hostiensis summa tit. de voto. 5. quos sunt species vtorum nu. 5. satis serupulose loquitur, dicens; habenti votum castitatis, & roganti, an possit matrimonium inire, respondendum esse, eū non posse: & vterius infanti, an contractū valeat denegandū esse responsionē. Quippe si respondeatur inuālidum esse, erit mendacium: si autē vālidū esse, praebit occasio ineundi matrimonij cum peccato mortalitatis; ita respondēs eadē culpa lethali in sciētior. Et ipsum sequuntur Alberici in suo dictionario, littera. I. verb. impedim. 4. fin. Añtēsis summa 2. p. lib. 8. tit. 16. art. vnic. q. 9. Greg. Lopez

1. verb. tam tenuo tit. 8. p. 1. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 351. Vega. 2. tomo summa. c. 129. casu. 13. Et haec sententiam dicit tutiorē Tabien. verb. impedimentum, impedimento. 2. q. 5. n. 6. fin. Et videtur tenere. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 16. §. 1. ait enim non esse respondendum secundū Hostiensem, ne detur anxia voti violandi: atque ita videtur clarē eius sententiā amplecti. Alij non ita rigidē loquuntur, at non omnino vindicant à culpa respondentem, sed dicunt saltem eum non delinquere lethaler. Ita Rosella verb. impedimentum, impedimento. 4. sine. Syl. matrimon. 7. q. 5. dicto. 9. Veracruz. 1. p. specul. artic. 5. dubio vltimo. Antonius Cucus lib. 5. instit. maiorum tit. 12. num. 24. Sed primo dico, esse prudenter eludendum sic interrogantem, vt docet. D. Clemens Epistola. 3. respondens Origeni quaerenti an fidei carca na sint omnibus referenda? Et refertur. c. in mandatis. dist. 43. ad finem, ibi; *Quod si iniegerit se, & provocauerit nos dicere ea, quae eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur.* Et ratio est. Quia lex charitatis non solum praescribit ne praebeamus occasionem peccandi proximo, sed etiam vt ab eo auertamus in quantum possumus. Atque ita docent. D. Anton. Syl. & Veracruz proximē allegati. Secundū dico nullam esse culpam scandali, seu occasionis peccandi datae, veritatem responderē, dicendo peccari mortaliter, at matrimonium esse validum. Quia cum veritas propaleatur, factumque debite grauetur, explicando id esse culpam lethalem: non est occasio ruinae data, sed accepta. Nil enim proponitur quod suapte natura ad peccatum prouocet: sed alter ex sua malicia aburbit falsa doctrina. Alijs similiter delinquentes, eadē occasionem delinquendi offerentes Doctores qui ita scriptum reliquere, saltem materna lingua, quae ab omnibus percipi potest. Et ita à peccato praedictam responsionem excusant, Abulenſis capit. 30. Numer. quaest. 63. in fine. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 5. sine. Marten. 50 lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. gloss. 1. num. 152. Et non esse peccatum occasionis datae, fateatur etiam Manuel. 1. tomo summae, in. 2. editione, cap. 2. 41. num. 3. Tertio dico posse adesse peccatum incaute responsionis. Vt si quis videat fragilem interrogare, qui vera doctrina abusus est ad ineun-

dum

dum id matrimonium cum sacrilegio mortali: potestque commode cauta responsione, celata veritate abiq; mendacio interrogantem eludere: peccabit quidem imprudenter, & minus caute se habens propalans veritatem. Et hoc est, quod Doctores proximē citati asseruerunt esse prudenter interrogantem eludendum. Quod tunc quantum non detur occasio delinquendi, at non amouetur occasio lapsus proximi praesua fragilitate, quae commode amoueri potuit: atque ita offenditur praecipuum charitatis proximi, quod vtrumque; caeteri iubet, ad eius spirituale ruinam vitandam. Ita Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. nu. 1. comment. 1. littera. G. Manuel proximē citatus. Id etiam significat Antonius Cucus nuper allegatus, qui dicit attendendam esse interrogantis qualiter. Tandem dico nunquam hanc culpam excedere limites venialis, nisi in respondente adfit malicia: quippe qui tali tempore, & forma respondet, vt alter merito credat eum velle, vt voto postposito matrimonium contrahat: ac proinde respondendi modus, sit quaedam tacita inductio. Et hoc videtur sentire Aethores allegati, qui dixerunt saltem vacare culpa lethali hanc responsionem. Atque id melius expressit Nauar. summa cap. 22. numer. 75. dum hanc responsionem dixit esse culpam lethalem (quantis enim in latina, solum dixerit esse peccatum, at in hispana expressit esse mortale) petit enim omnes has circumstantias concurrere: nimirum, vt talis sit interrogans, tale tempus, talis locus, & is respondendi modus, vt detur occasio violandi voti. Quae maliciam in respondente sonant. Ratio autem cur extra hanc euentum non sit culpa mortali tribuenda, responsio ea est. Quod praecipuum charitatis quale est hoc, non ita stricto rigore obligat ad tantam circumspectionem habendam, quae non modicam prudentiam desiderat: nec facile tam prudens inueniatur, qui subito interrogatus possit commode tacita veritate, & fugato mendacio, respondentem eludere. Tacere autem omnino non expedit (vt dixit. D. Clemens dict. capit. in mandatis d. 43. relatus.) Quia interrogatus, tantquam inurbanus iudicabitur: respondentemque offendet: & non leuem suspicionem in eo generabit tacite veritatis. Quobrem fatius erit respondere grauissimum & atrox sacrilegij crimen esse violari voti: & ex eiusmodi sacrilego matrimonio

infelices admodum exitus, ac Dei supplicia posse iure optimo timeri: atque ita diuertendo in alia sermonem, obliuiscetur directae responsionis interrogans. Quod si ea prudens diuersio non sufficeret vt interrogans desisteret ab incepta interrogatione, nullam agnosco culpam in respondente veritatem. Et ad tam prudenter se gerendum praecipua charitatis quae suauissima esse solent, quis dicit obligare sub mortali? Immo profecto vt culpa sit venialis, oportebit vt valde commode possit interrogas eludi: offeratque se modus id efficiendi.

Ad argumenta nu. 2. proposita responderetur. Ad primum, dic vtrumque; votum aequè obligare, si solum obligationis speciem attendamus. Quia vtrumque; sub mortali, & ratione virtutis religionis obligat: ac proinde vtriusque; violatio est sacrilega. At si obligationis quantitatem spectemus, longe maior est voti solemniss, vtpote quod verā traditionem importet, quā voti simplicis, quod sola promissio est. Ad confirmationē dic, esto vtrumque votum sit eiusdem speciei, (de qua re non disputamus modo, sed dicemus in impedimento voti simplicis) at posse solemnē dirimere matrimonium, non tamen simplex. Vel quod ita statuerit Ecclesia: vel quia solemnē contineat etiam traditionem: non tamen simplex. Ad secundum dic, quando est sola promissio, fieri posse irritam ex sola circumstantia personae promittentis: vt si voto castitatis ligatus promittat feminam matrimonium. Quia ea malicia redundat in obiectum: cum nefas sit tle matrimonium inire. At quando est traditio, qualis reperitur in ipso matrimonij contractu, non irritatur ex ea malicia. Et ratio differentiae est, quod in priori casu obligetur promittens ad rem, quae circa culpam impleri nequit: ac proinde est nullius valoris promissio: in posteriori autem, peccatur in ipsa traditione facta per matrimonium: at deinceps in vsu ad quem obligat matrimonium, qui est reddere debitum, minime delinquitur: vnde non est cur traditio illa non sit firma. Ad tertium dic, licet votum simplex sit vinculum fortius ex parte eius cui fit: at esse debilius ex parte modi obligandi: Nam matrimonium obligat vt perpetua traditio transferens corporis dominium: votum vero simplex vt sola promissio manente dominio apud vuentem. Ad argumenta numer. 3. obiecta

E 2

constat

constat ex dictis, num. 9. vbi explicuimus eas regulas.

14 **Questio posterior.** Num ei qui venereis tentationibus vexatus passim succumbit, nec medijs adhibitis alijs fore vt illi consulatur, spes est, liceat suadere vt matrimonium ineat, quanuis voto castitatis simplici astrictus sit? **Questio hæc** ex eo pendet, an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit: & ad inducere illum? Duplex est sententia. Prima ait illicitum esse id minus malum consulere. Ita videtur clare sentire Antonius cap. super eo, ad finem, de vforis, dicit enim eum textum valde repugnare sententia contraria. Et tenent Gabriel. 4. distin. 15. quest. 11. artic. 3. dubio. 14. Caietan. 2. 2. quest. 78. art. 4. notabil. 3. ad finem. Sylu. matrimonium. 7. quest. 5. dicto. 9. Conradus de contractibus quest. 26. corollario 1. & 2. quæ infert ex 2. conclusion. Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. in principio, nu. vltimo, ad finem. Valentia. 2. 2. disput. 5. quest. 21. puncto. 4. colum. 4. Emmanuel Sa summa verb. peccatum nu. 8. quanuis subobscure loquatur. Et Angles floribus. 2. p. de restitutione. q. quis teneatur ad restitutionem, ar. 1. dubio. 4. difficultate. 8. cum hoc temperamento, si vtrūq; sit intrinsecè malum. Addunt Caiet. Couar. & Valentia aliud esse offerre materiam minoris mali, non inducendo ad illud: aliud, inducere ad minus malum: illud enim licet, hoc verò minime. Nam in priori casu voluntas tantum fertur in vitationem maioris mali, & declarationem minoris: in posteriori autem fertur in executionem etiam minoris mali. Ducitur hæc sententia, primò per. c. super eo, de vforis, ibi, *Multò magis prohibèdus est quis ne etiam pro redimenda vite captiui, & furari crimine inuoluatur.* At maius malum est homicidium quàm vfura. Nò ergo minus malum licet ad vitandū maius. Secundò, Peccat faciens minus malū ad vitandū in se, vel in alio maius: ergo & is qui cōsultat facere minus, quantūvis parato ad maius admittendū. Nā quoad peccatum atrinet, nil interest inter consilium, & executionem: si omnibus pēfatis, vno & eodē modo se habet obiectū peccati ad consilium, & executionē. Quod hic contingit, nā omnibus pēfatis alter facit quod hic consultat faciendū. Et confirmatur, quia cum comparatiuum non tollat positium, qui consultat minus malū, verè consultat malum. Quod iniquum est. Tertiò, quòd non liceat petere, quod alijs

nequit ut siē facere: quam et rē à maleficio quantumvis parato non licet petere vt maleficio maleficio soluat: quia ille non potest id absque peccato exequi. Cū ergo is cui consultius minus malum, peccet id efficiens, peccabit pariter qui consultat, & petit vt faciat. Quartò, quia quod est materia consilij, cū bonum sit, potest aliquando cadere sub præcepto: at minus malum nunquam potest præcipi. Ergo nec consulti. Quintò, quia si licet consulere minus damnum gratia vitandi maioris, eò quòd id non sit consulere malum, nec damnum, sed electionem illam minoris mali, & damni, quæ bona est, & vitis illi cui damnum inferendum erat: licebit non tantum respectu eiusdem, cui vtrumq; damnum est inferendum, sed etiam quando diuersis ea damna inferri debent. Quia vtrōque non consultius malum absolutè, sed deuotiò à maiori damno, quæ bona est: & hæc est intentio consulentis: fieri verò illud minus damnum ex prauo operantis affectu provenit. Cū ergo fore omnes negent id consilium licere, quando damnum est diuersarum personarum, negandum quoq; erit, quando est eiusdem personæ. Nam ad bonitatem, vel maliciam consilij, nil cōferre videtur, siue damnum sit eiusdem, siue diuersæ personæ. Tandem quia consulens, & inducens, verè est causa illius minoris damni. Ergo peccat contra iustitiam, & tenetur restituere.

15 **Secunda sententia** (quam veriorē existimo, licet prima sit satis probabilis) ait licitum esse consulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is cui consultius consultū apud se habebat maius illud malum perpetrare: & alia via à malo proposito reuocari nequit, vt si quis decreuerit occidere Petrum, & nullo modo possum eum euertere ab eo malo animo, possum consulere vt potius eum percussat, vel ab eo furetur. Et si quis certus sit adulterium perpetrare, nec alio modo retrahi possit, potest illi suadere vt potius fornicationem simplicem admittat. Probatur ex D. Augustino lib. 2. de adulteriis coniugij. cap. 15. & refertur. cap. si quod verius. 33. quest. 2. ibi. *Si enim saltatus est quod non licet, iam faciat adulteriū, & non faciat homicidiū: vt viuente vxore sua alterū ducat & non humanum sanguinē fundat.* Vbi D. Aug. ei qui decreuerat vxorē necere, quòd aliam duceret, consulti vt potius adulteriij reus sit, aliud viuente vxore matrimonij inuēdo, quàm vxoricidij,

Et

82 **Et** quanuis glossa ibi verb. adulter, explicet hunc textum, vt loquatur non consuledo, sed permitte do: ita vt sensus sit, potius esse permittendum minus malum. Et eodē modo explicat ibi Turrec. nu. vnic. explicat enim, faciat, id est, tolerabilius erit. At verè textus non permissionē, sed consiliū continet. Quod clarè sonant ea verba. *Iam faciat adulteriū.* Alij autē volunt eum textū minime fauere huic sententiæ, sed potius contrariæ. Quòd ibi D. Aug. subdat non esse illicitum pro illicito faciendū, concludēs si vtrumq; nefariū sit, alterū pro altero perpetrandum minime esse, sed vtrūq; vitandū. Sic Gabriel, & Emmanuel Sa nu. præcedenti allegati. Pereira in. c. 19. Genes. disp. 1. n. 9. At Abbas. c. super eo, in fine, de vforis, & ibi Annanias. nu. 3. Adrianus, Sotus, Nauarrus, Gutierrez, Aragon, Molina dicens esse rem apertā, statim allegandi, explicat hunc textum, vt verè. D. Aug. consulti id minus malum. Quia quanuis, D. Aug. dicat neutrum crimen esse perpetrandum, neq; alterum pro altero eligendum: ac proinde eligentē minus delictum esse culpæ obnoxium: at expresse quando delinquens vtrōq; abstinere renuit, consulti illi vt minus malum exequatur. Secundò ex D. Epiphonio lib. 2. contra hæreses, tom. 1. hæresi. 61. pagina. 6. vbi postquam docuit grauius delinquere qui contra votū castitatis matrimonio copulatur, consulti ei qui contra votum libidini vacat, vt matrimonium ineat, ibi. *Melius est vnam peccatum habere, & non plura: melius est lapsum palam sibi vxorem sumere, quam quotidiè oculis iaculis sauciari.* Tertiò ex D. Gregorio lib. 32. moralium cap. 18. & habetur cap. nertii dist. 13. ibi, *Si omnino nullus sine peccato euadendū aditus patet, minorā semper eligatur.* Vbi inter duo mala culpæ minus semper eligendum docet: clarè enim loquitur de malo culpæ: vt testantur ea verba, *Nullus sine peccato euadendū aditus patet.* Et quanuis casus re ipsa sit impossibilis, non enim potest dari perplexitas: at ex conscientia erronea potest dari. Vt si pastor die dominica existimet se teneri ad audiendum sacramentū, & ex altera parte existimet etiam se teneri nò deserere oues, propter damnum domini, & circumuicinarum segetum. Si ergo in hoc casu iuxta D. Gregorium teneri ita perplexus id quòd minus peccatum est eligere: similiter quando ex praua affectione quispiā maius malū perpetrare certus est, licebit illi consulere vt minus eli-

gat: quanuis ille reus culpæ sit vtrius eligēdo, vt pote qui potest, & tenetur vtrūq; cauere. Quartò ex D. Chrylologo homilia. 27. ad populum Antiochenum, vbi dicit, assuetio iurare per Deum, consulendum esse, ne per illum, sed per caput suum iuret, Quod quidem est iuramentum, iuxta illud Matth. 5. *Neque per caput tuum iuraueris:* Sed multò leuius. Quintò quia D. Ambrosi⁹. D. Aug. D. Thom. (vt n. 18. referā) vindicant factum Loth à culpa, offerentis filias stupandas Sodomitis, quòd minus malum consulerit ad vitandum maius. Sextò probatur ratione. Quia consulens, vel petens minus malum fieri, quando aliter à maiori malo non potest reuocare, verè non consulti, nec petit vt minus id malum exequatur, sed solā minoris mali præelectionem. Quod obiectum nò est malū, sed bonum. Iuxta regulam illam Topicam approbatam à D. Greg. c. nertii. d. 13. *Ex duobus malis minus est eligendum.* Et confirmatur, quia proximus per hoc consiliū minime ad peccatum inducitur. Cum enim ille minus peccatū patrare, apud se firmiter statuerit, solū ad id inducitur, atq; eò consiliū pertinet, vt peccatum minuat, sed à parte culpæ desistat: quod sanū consilium est: si cur si volenti furari, & occidere, consulerē nē homicidij reus esset. Quòd si alter acquiescere nolit, nisi minori malo executioni mandato, sua culpæ, & nò consulentis ascribendū est. Atq; ideo hanc sententiā tenet Innoc. c. super eo, in fine, de vforis. Hostiensis ibi, ad finem. Ioan. Andreas, nu. 2. fin. Abbas in fin. Anchar. sine. Cardinalis sine. Adrianus quodlibet. 1. art. 3. ad 8. & quodl. 9. ar. 3. ad 3. in fin. & 4. tractatu de restitutione. q. 1. §. 2. dubitatur vers. ex quo infero. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 5. sine: & vfora. 2. num. 2. Sylu. vfora. 7. q. 1. fin. Caiet. summa verb. tyrannus. Et. 2. q. 95. ar. 8. ad finem. Et in opusculis, tom. 1. tractatu. 3. septemdecim responsionum, responsio. 13. in solutione ad 3. dubium. Armilla verb. tyrann⁹ in. vnic. ad finem. Ioānes à Metina de restitut. q. 7. ad 1. Sotus in. c. 3. ad Romanos, super ea verba, non sunt facienda mala: & lib. 4. de iust. q. 7. ar. 3. ad finē corporis vers. verū tamen: & lib. 6. q. 1. ar. 5. col. 1. vers. his non obstantibus. Nauarr. summa latina. c. 14. num. 40. vers. 13. & c. 17. n. 263. & c. 24. n. 11. Hispan. c. 14. n. 29. & c. 24. n. 14. c. 17. n. 263. c. 28. addit. ad n. 20. c. 14. vers. 16. Veracri 1. p. spec. ar. 15. dubio vlt. & in id ad Rom. 3

E 3 non

non sunt faciēda mala. Corduba summa. q. 5. corollario. 8. Bartholomæus à Metina. 1. 2. q. 96. ar. 4. ad fin. Nieuu summa tit. 1. 26. Nauarra lib. 3. de restitutione. c. 4. vbi de iussione, & cōsilio, notabili. 4. in noua edition. n. 23. Gutierrez. 4. canon. lib. 2. c. 23. nu. 43. & sequēti. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. rubrica. glof. 1. nu. 152. Enriquez lib. 4. de pœnitentia. c. 27. nu. 9. Molina tom. 2. de iustitia. tract. 2. disput. 335. §. hac tamen conclusione. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. controuerfia. 7. & q. 78. art. 4. controuerfia. 1. col. 4. Aragon. 2. 2. q. 62. ar. 7. col. 15. in solutione ad. 2. & q. 78. art. 4. col. 8. §. hoc tamen non obstante. Carbō de restitutione. quæst. 69. conclus. 2. Grassis. 1. p. decisionum. lib. 2. c. 127. nu. 11. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 58. col. 2. §. licet inducere. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 12. num. 9. vers. lo quarto. Vega. 1. tom. summa. c. 9. casu vnicō. Et dicit probabile, & non malam sententiam, Pereira. c. 19. Genes. disp. 1. nu. 13.

16 Immo in hoc euentu non tantū licet cōsulere, sed etiā inducere ad minus malum perpetrandū. Quod probant rationes. nu. præcedenti allatæ. Cōsiliū enim quædam inductio est: nec inducitur tūc verē ad malū, sed ad electiōem illam minoris mali: quæ bona est. Hoc videtur esse contra Aragon. 2. 2. q. 78. art. 4. col. 8. §. sed dubitabit aliquis, vbi supponit non licere inducere, bene tamen consulere. Sed nobiscū sentiunt Caiet. summa verb. tyrannis. Et opus. tom. 1. tract. 31. septemdecim respōsionum, respōsio. 13. dubio. 3. Sotus lib. 6. de iust. q. 1. art. 6. col. 3. vers. tertio ad hominē. Innoc. Ang. Syl. Nauarrus, Armilla, Gutierrez, Ludouicus Lopez. n. præcedenti allegati.

17 Hinc inferitur inducētem in hoc casu ad minus damnū alicui inferendū, quōd maius eiufdem caueat, minimē teneri restituere. Quod clarē constat: quia non tenetur ratioe rei acceptæ, nil enim cōmōdi reportauit: nec ratione iniustitæ acceptiōis, quia non delinquit in eo consilio dādo, nec inducēdo. Item, quia hic valde vtiliter agit negotium domini. Ita Adrianus. 4. tractatu de restitut. q. 1. §. 2. dubitatur, vers. ex quo infero. Ioānes à Metina de restitutione. q. 7. ad. 1. Sotus lib. 4. de iust. q. 7. art. 3. ad finem corporis vers. verum tamen. Nauarrus summa hispano. c. 24. nu. 14. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 7. col. 15. in solutione ad. 2. Et ibi Salon. controuerfia. 7. Carbon de restitutione. q. 69. conclusione. 5. Grassis. 1. p. decisionū lib. 2. c. 127. nu. 11.

18 Secundō inferitur, ferentem opem latroni, ac rem furto ablatam conuectem, quōd minus damnū inferat, nec peccato, & ne subinde restitutioni obnoxium esse. Quōd non ad furtum, sed ad minus damnū cooperetur, & vtiliter rem domini gerat. Ita Adrianus, Ioānes à Metina, Nauarrus nu. præcedenti allegati.

19 Tertiō inferitur, parato ad maius malum perpetrandum licere offerre materiā minoris mali, vt parato ad occidendū quempiam quōd eius bona furētur, licitū est ei expone re quemadmodū exercendo minus malū, nēpe, vsuras, possit bona consequi, ac mortem iniustā illius vitare. Quia id tantū est non vitare vsuræ peccatum, & scandalum passiuum, quod ex ea declaratione minoris mali creditur alterum incursum comittendo id minus malum. Et quantum charitas lex obliget ad hanc quæst; peccati occasione tollendā, id verum habet, nisi necessitas aliud suadeat: vt contingit in præsentī. Necessitas enim maioris dāni vitandū cogit. Huius sententiæ sunt Caiet. Arboreus, Olearter, Couar. Valētia, Carbon. n. 28. allegandi: qui ideo excusant factū Loth à culpa, quōd solā minoris mali materiā obtulerit. Idē docēt Sotus lib. 6. de iustitia. q. 1. ar. 5. col. pen. vers. ar. verō de Loth, & Pereira c. 19. Genes. disp. 1. n. 13. vbi quantum factū illud Loth non approbet: at fatentur potuisse illum dicere Sodomitis, si certum vobis est explorare vestram libidinem, ad feminas poti⁹ diuertite, quæ in hac ciuitate cōplices sunt. Præterea id licere, probatur ex ijs quæ num. sequenti dicemus. Id tamen nullo modo licet, nimirum, inducere complicem vt illius culpæ participes fiat, vt ad euitandum grauissimum adulterium, non licet solutæ feminae consulere vt corporis sui copiam adultero faciat. Quia soluta illa verē ad malum inducitur, quod nulla ratione licitē potest facere: nec illa præelectio minoris mali in se, ad vitandum maius alterius, potest boni rationem inducere, vt nu. 27. dicemus. Sic Sotus eodem ar. 5. col. 7. vers. ex his ergo.

20 Temperant quidā omnia prædicta, nimirū, vt liceat cōsulere alicui minus malū, & ad id illum inducere, quando ille vtrumq; facere decreuerat: secus si de maiori malo perpetrando tantū excogitaret: nō enim minus ei consulere liceret. Quippe id esset simpliciter ad malū inducere, ac determinare. Ita Nauarr. lib. 3. de restitutione cap. 4. vbi de iussione, & consilio, notabili. 4.

in

in noua editione, nu. 23. Carbon de restitutione. q. 69. post. 3. conclusionem, dicens forsā oppositam sententiā esse probabilem. At non est admittenda prædicta limitatio, sed licitum est, illi id minus malum proponere, ac consulere. Quia id solum est hortari ne maius illud malum perpetret, proposita materiā minoris mali. Quod num. præcedenti probauimus licere. Et confirmatur, quia proponens id minus malum, non determinat illum ad malum, sed retrahit à maiori malo, proposita minoris materiā, ad quod mala eius voluntas se determinat. Tandem, quia rationes adductæ num. 15 ad probandū licere cōsulere minus malum ad vitandum maius, æquē procedunt, siue ille ad vtrumq; malum determinatus sit, siue ad solum maius. Atq; ita cæteri Doctores ibi allegati pro sententiā, indistinctē admittunt hoc cōsiliū esse licitum.

21 Oportet autem vt liceat minus id malum consulere, vt ille sit omnino ad maius malū determinatus, à quo aliter auelli nequit. Nam si certis coniecturis existimet quispian fore vt alter adulterium patret, quod nondum animo constituit, nefas esset persuadere illi simplicem fornicationem, qua colorem libidinis temperet. Similiter si videat illum ad sodomiam valde propensum, iniquum esset prauū habitus executionem præuenire, suadēdo accessum ad feminas. Quia tunc voluntatē minimē malo inhaerentem, ad malum consulens determinat. Ita Sotus lib. 6. de iust. q. 1. ar. 5. col. 5. vers. his tamen non obstantibus, Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 335. §. hac tamen conclus. Salon. 2. 2. q. 78. art. 4. controuerfia. 1. col. 4. §. prius est. Vega tom. 1. summa. c. 9. casu vnicō.

22 Non est tamen necessariū in consilio minoris mali perpetrandi, exprimere eā conditionē, si maius malum facturus es. Quia minus enim non liceat absolutē consulere minus malū: at dum determinato prorsus ad maius, cōsultur minus, subintelligitur semper talis conditio. Ita Caiet. opusc. tom. 1. tract. 31. septemdecim respōsionū, respōsio. 13. ad. 3. dubium. Sotus lib. 6. de iust. q. 1. ar. 5. col. 5. vers. quod huic ergo. Salō. 2. 2. q. 78. art. 4. controuerfia. 1. col. 7. §. ex quibus sequitur.

23 Vtrum autem non solū priuato licitum sit consulere alteri minus malum ad vitandum maius, sed etiam id quoque possint parentes, confessorij, & iudices consulere?

non cōstat inter Doctores. Quidam enim negant: ducti quōd teneantur ex officio vitare omne peccatum sui subditi. Ita aliqui quos tacito nomine refert Salon. 2. 2. q. 62. artic. 7. controuerfia. 7. in solutione ad. 2. Quibus iure optimo ipse non conuicte: eod quōd quæstio hæc procedit casu quo consulens non potest alterum à maiori malo auertere tentatis alijs medijs (vt num. 15. diximus) at tunc consilium horum non minus est vile illi cui maius damnū inferendum erat, quàm si à priuato quodam proficisceretur: nec ipse etiam cui cōsultatur, est minus vile: si quidem auertitur ne ita grauis criminis reus fiat: cum aliter retrahi nequeat. Eam tamen differentiam agnosco inter eos qui ex officio & lege iustitiæ tenentur impedire damnū tertij, quales sunt ministri iustitiæ: & alij cui ex officio iniuncto id incumbit: ac cæteros priuatos quos sola charitatis lex ad id attingit. Quōd illi si alio modo poterant maius illud damnū vitare, quàm minus consulendo, teneantur restituere refaciendo minus id damnū, tanquam legis iustitiæ transgressores. Hi autem & si alia via possent vtrumque damnū cauere, nō tenebantur restituere consulendo minus, eo animo vt retrahant à maiori. Quia rem domini agunt impediendo illud maius dānum: quōd si delinquant non impediendo minus, id delictum non est contra iustitiā, sed contra solam charitatem, quæ impedire obligabat, cum possent. Sed dices hunc non solum non impedire: sed etiam consulere: ac proinde influere ad minus illud damnū: eod vel maxime si sint diuersi generis damna, & inductus solum maius damnum inferre excogitavit, vt si certus sit Petrum interimere, & quōd illum ab eo proposito reuocem, consulo vt potius ab eo centum fureretur: cum possem ab homicidio retrahere alio modo. Sed respondeo consilium ex obiecto ad hoc bonum esse, cum non consulatur verē illud minus damnum, sed electio illa (vt numer. 15. probauimus) sed tantum peccatur in modo contra legem charitatis præscriptiōis vtrumque vitare: vnde negandum est hunc consulentem influere ad minoris damni illationem, sed ad solam illam bonam electiōnem.

24 Grauior verō difficultas est. Quōd maius, & minus damnū non sunt eidem personæ, sed diuersis inferēda: an liceat cōsulere minus dānum inferri vni, ad vitandum ne

maius inferatur alteri: quando vtrumq; malum cauere nequit alio modo consulens? Quidam discipuli D. Thomæ affirmat (vt referunt Salon, & Nauarra. statim allegandi.) Idq; non leuiter suadet quintum argumentum nu. 14. propositum. Verum id minime licere tenendum est, sed sic consulente teneri restituere, ratione illius minoris damni suo consilio illati. Primò, quia sic consulens est directè causa illius damni tertie personæ: id enim inferendum nõ erat, nisi ipse consulisset: nec fas est vni prodesse cum alterius detrimento: est enim quod vulgò abijt in proverbum, *Quisq; de vno sano para componet a otro, õ burtar para dar limosna*. Secundò, quia illa tertia persona signata, ius habet ne ipsius damnatum consulatur, gratia detrimenti maioris alieni vitæ. Quis enim dubitet iniquè esse, volenti interficere Ioannem gratia iniuriæ viciscendæ, consulere vt Petro brachium potius abscindat? Quid enim debet Petrus in hoc Ioanni? Tandem, quia media ad auertendũ quæmpiam a prauo nocendi proposito. debent esse proportionata fini, iuxta iustitiæ limites, qui nulli damnatum inferri permittunt, nec vnius commodo consulere, alteri damno dato, vt furari nõ permittitur ad pauperum elemosynas: eò vel maximè, quòd cum illa tertia persona minime teneatur id minus detrimentum subire, vt grauius alienum caueatur, merito conqueri potest de consulente, ac iuste est iniurus. Peccat ergo contra illius ius sic consulens, ac proinde damnum compensare tenebitur. Atque ita docent Sotus lib. 4. de iust. q. 7. ar. 3. paulò ante solutionem ad. 1. vers. verum tamè. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 7. col. 15. ad. 2. Salon eodem ar. 7. controuerfia. 7. & q. 78. art. 4. controuerfia. 1. col. 9. paulò ante argumentorum solutionem. Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 335. §. hac tamen conclusionem. Nauarra lib. 3. de restitutione. c. 4. vbi de iussione, & consilio, notabili. 4. in noua editione, nu. 24. Carbon. de restitutione q. 69. conclusion. 4. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 58. col. 2. §. at hanc sententiam. Grassus. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 127. nu. 11. Manuel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 12. nu. 9. versic. 4. Vega. 1. tom. summae c. 9. casu vnico. Quod verum est, quantum ille non esset determinatus ad maius damnatum inferendum: sed dubius esset nõ maius damnatum inferret Paulo, an minus Ioanni: tunc enim peccaret, & restituere teneatur consulens illud minus damnatum: quan-

uis ille determinatus esset ad vnum ex illis duobus damnis inferendum. Quia consulens iniurius esset Ioanni, voluntatem alterius dubiam determinans ad id damnatum, quòd fortè absq; eius consilio nõ sublequeretur. Ita contra aliquos quorum nomina subicit, tenet Nauarra eodem num. 24. Qui bene subdit secus esse, si vtriq; id damnatum inferre decreuisset: tunc enim liceret consulere vt alterum solum inferret, quòd alia via reuocari nequit. Quia tunc non esset inducere ad malum vllum, sed ad minus: cum minus sit, vnũ quàm duos ledere. Et neuter inde iure offendi potest: quòd ille vtrumq; inferre decreuisset: ac subinde ex eo quòd alterum siue maius, siue minus damnatum passurum liberem, alter conqueri nequit. Quod ego intelligo verum, si solum iustitiæ legem attendamus. Possent tamen violari charitas auertendo à minori damno, postposito alterius maiori: si vt rûm possent ille impedire, non tamè vtrq;. Quippe lex charitatis maius damnatum præferri postulat, nisi aliunde aliqua ratio præponderet, quæ antepositionem minoris cohonestet: vt coniunctio maior cum consulente, aut maior paupertas. Sententia tamen dicta, est primò temperanda, nisi damnatum vnus esset modicum, alterius verò magnum, maximè si hic sit pauper, ille verò diues. Tunc enim licet inducere ad id modicum damnatum, quòd in altero magnum caueatur. Quippe non iuste iniurus esset nolens in hoc euentu id modicum detrimentum pati. Sic Nauarra eodem c. nu. 25. Ex quo rursus colligitur secunda limitatio, nimirum, si is in cuius detrimentum consulitur illud minus malum, teneatur illud pati, vt vitetur maius in altero. Vt si quis decreuerit regem, vel aliam personam valde reipublicæ necessariam interficere: ad cuius mortem cauendam teneatur potius plebeius illam pati: licitum esset consulere vt potius plebeium illum necet. Tertia limitatio est, si malefactor nolit certè, & determinatè personæ nocere, sed in communi, licet consulere minus damnatum, videlicet, vt illi damnatum inferat, cui minus nocerit, vt volenti furari, suadere licet vt potius à diuite, quàm à diuixijs destituito. Quod clare constat ex testimonio. D. Aug. nu. 15. allegato, vbi occidere volenti, adulterum consulit. Præterea, quia in hoc euentu nulli iniuriam irrogat consulens, cum ad nullius damnatum determinet voluntatem alterius, sed potius auertat à maiori damno huius.

Sic Adrianus quodlib. 1. art. 3. ad. 8. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. controuerfia. 7. Imò eadè ratio concludit idem esse dicendum, quòd vult ille nocere certæ personæ: tunc enim licet consulere non liceat, vt alteri determinatè personæ minus damnatum inferat: at licet in generali, minime nominata persona, vt volenti furari à Petro inope, fas est consulere, vt eo relicto, potius à diuite furetur, nullo nominato. Quia tunc similiter ad nullius damnatum voluntas illa determinatur à consulente, sed reuocatur ne huic patiperi noceat, cui magis noxium esset fur tum, quàm diuiti. Et sic cautè Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 335. §. hac tamen conclusionem, dicens nõ licere consulere minus malum alij tertio inferendum, addidit, modò id vergat in detrimentum cuiusdam tertij in particulari: clarè significans secus esse, quando non cederet in detrimentum alicuius nominatim expressi.

25 Hinc deducitur decisio huius quæstionis, an volenti rapere bona mea, liceat suadere vt potius bona alterius rapiat, ad bona propria tuenda? Respondet bene Salon 2. 2. q. 62. ar. 7. controuerfia. 7. sine, id minime licere. Quòd nefas sit, alteri qui inuafor non est, damnatum inferre, eiusve damnatum suadere, vt indemnitati meæ consulam. At licere existimo suadere vt potius alij noceat, nulla nominata persona, vt dicèdo, si furari vis, sine me, multi alij sunt à quibus furari possis. Tunc enim nullius damnatum consulitur, sed proprium auertitur.

26 Sed an liceat consulere equale malum, ad vitandum æquale? Carbon de restit. q. 69. in solutione ad. 4. dicit posse concedi esse licitum. Sed qua ratione id possit concedi, minime video. Cum electio æqualis mali nullam boni rationem induat, quo illa cohonestetur: ac proinde obiectum talis consilij malum sit. Id tamen libenter fatebor huic consulenti excusari à restitutione, quando esset omnino æquale damnatum, eademq; alterutrum absq; eo consilio certissime inferendum. Quia id consilium non operatur est, sed mutationem materialem damni in profusum æquale.

27 Quantum tamen liceat consulere alteri minus malum ad vitandum maius: at nemini licet sibi tali consilio vt. Quippe in altero non potest vtrumq; malum vitare: & proinde tutò consilium minus: at in se ipso potest, & teneatur vtrumq; cauere. Ita Sotus lib. 6. de iust. q. 1. ar. 5. col. 7. paulò ante vers. ex his ergo Salon. 2. 2. q. 78. ar. 4. controuer-

fia. 1. in solutione ad. 3. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 335. ad. 2. Carbon de restit. q. 69. ad. 2. Vnde audiendi non sunt quidam, quos tacito nomine refert, gloss. c. 1. d. 14. verb. periculosissimè, asserentes licere cuiuspiam veniale admittere, vt caueat in altero mortale, quia mortem temporalem subire licet, gratia vitandæ pœnæ eterne alterius: at veniali pœna temporalis cor respondet. Sed merito glossa ibi ab illis recedit: quam sequuntur Turrec. ibi, art. 2. n. 4. Sotus nuper allegatus vers. ex his ergo. Quod comprobat ille textus, qui est. D. Augustini lib. quæstionum super Genesim. c. 42. Quia quantum malum pœnæ possit amplecti ad culpam alterius vitandam: at secus est de malo culpæ, quantumuis minime implicat enim culpæ esse, & licetè posse eligi.

28 Ex dictis deducitur qualiter factũ Lothi à culpa vindicari valeat: qui (vt refertur Genesim. 19.) Sodomitibus libidine furentibus abutenti hospitibus quos domi exceperat, proprias filias stuprandas obtulit: vt vel sic expleta libidine, à pœori Sodomiæ scelere se abstinerent. De qua re latissime consilium dicit Pereira in. c. 19. Genesim, disp. 1. Sed breuiter ita factum damnant. D. Aug. lib. quæstionum super Genesim. c. 42. & refertur. c. 1. d. 14. dicēs, perturbationi Lothi, & menti tanto malo permotæ, potius quàm sano consilio tribuendum esse: & lib. contra mendacium. c. 9. glossa interlinearis, Lysia, Thomas Anglicus, Abulësis, Hugo, Dionysius, Ferus in eundè locũ Genesim. 19. & 161. & ibi Lipomanus in catena. Sotus lib. 6. de iustitia. q. 1. art. 5. col. penul. vers. at verò de Lothi. Pereira in. c. 19. Genesim, disp. 1. in fine. Salon. 2. 2. q. 78. ar. 4. controuerfia. 1. in solutione ad. 4. in fine. Alij verò (quòd magis mihi placet) à culpa excusant id factũ. Sic. D. Ambrosius lib. de Patriarchis, lib. 1. de Abraham. c. 6. & refertur. c. offerebat. 32 q. 7. D. Chrysof. homilia. 43. in Genesim. D. Aug. lib. de mendacio. c. 7. D. Thom. q. 1. de malo, ar. 5. ad. 14. Adrianus quodlibet. 1. ar. 3. ad. 8. Caiet. & Honcala in eundè locum Genesim. 19. idemmet Caiet. 2. 2. q. 78. artic. 4. notabili. 3. ad finem. Oleaster in eundem locum Genesim. 19. Arboreus lib. 10. Theosophia. c. 2. fin. Cour. 4. decret. 1. p. c. 4. in principio, nu. vltimo, ad finem. Valentia. 2. 2. disp. 5. q. 21. puncto. 4. col. 4. §. & hoc ipsum. Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 335. fin. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 7. col. 15. in solutione ad. 2. Carbon de restitutione. q. 69. post. 3. conclusionem. At in modo

excusandi discrepant. Nam D. Ambros. 11. Thom. Aragon, Carbon, excusant quòd minus delictum sit secundum naturam coire, quam contra naturam delinquere. Alij vero quòd Loth non fuerit filiarum stuprum, sed materiam minoris mali obtulerit. Sic Caiet. eo art. 4. Arboreus, Oleaster, Couar. Valentia nuper allegati. Alij quòd noluerit Loth filias stuprari, nec prostituere: cum sit eas inducere ad malum. Sed norat filias non prabituras consensum stupro, sed inuitè, ac proinde absque earum culpa fore ut violarentur. Ita Adrianus proximè allegatus. At is excusandi modus placet, ut Loth minimè obtulerit filias ea mente ut Sodomitè illis abuteretur, sed quòd ea submissione illius deflexi, ab hospitum Sodomitico abusa temperarent. Vt si quispiam in se vehementer indignanti, pugionè offerat dicens Me eneca, non eo animo ut is mortem inferat, sed ut ea submissione placatus iram sedet. Sic Caiet. in eum locum Genes. 19. Et ibi Honcala. Molina proximè citatus. Et meritò Pereira in id. c. 19. disp. 1. sine, si à culpa vindictidum sit factum illud, hunc excusandi modum omnibus prafert.

Tandem ex his decidenda est quæstio num. 14. proposita. Num habenti votu castitatis, aut reliqua matrimonio impedientia, & ita carnis illecebris agitatio, ut se continere nequeat, sed passim succumbat, licitè suaderi possit ut matrimonium ineat, ut vel sic minus peccet? Id enim licere probat aperè testimonium D. Epiphanijs num. 15. allegatum, ubi id consulti. Quòd matrimonio inito vnicum peccatum admittatur: atque adeo id tanquam minus malum preferendum sit quam plurimis sacrilegijs, quæ passim venereis vacido perpetrantur, iuxta doctrinam quæ n. 15. amplexati sumus. Atque ita id suadere licitum esse fatentur Angelus matrimonium, 3. impedimento, 5. sine. Veracruz 1. p. Specul. ar. 15. dubio vltimo. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. n. 15. At contrarium docet Astensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. vltimo, q. 10. Syll. matrimonium. 7. q. 5. dicto 9. Et videntur clarè sentire Hostiensis summa, tit. de voto. 5. quot sunt species, nu. 5. Gregor. Lopez. l. 2. verb. Tan tenudos, tit. 8. p. 1. ubi aiunt, interroganti an post votu castitatis quo ligatus est, valeat matrimonium, non posse responderi validum esse: nisi interrogans non seruet continentiam. Tunc enim poterit responderi valere, ut

maius peccatum vitet: subdunt tamen dicendum eidem esse, Meo consilio non inibi matrimonium: ac proinde videtur sentire minimè licere consilere illi matrimonio ad maius id peccatum vitandum. Sed dicendum est, moraliter, & in plurimum loquendo, nunquam licitum esse tale consilium. Quòd ut minus malum possit consuli, desideretur alterum esse omnino ad malum maius determinatum, nec sufficiat prauus habitus ipsum ad lapsuum frequentiam impellens: in super sit etiam necesse, ut nullo alio modo retrahi possit à maiori eo malo perpetrando, nisi illo minori malo sibi proposito. (ut probauimus nu. 15. & 21.) Quæ in hoc casu minimè concurrunt. Quippe voto astrictus non omnino animo constituit venereis inherere, sed præ fragilitate, ac prauo habitu impulsus labitur. Deinde potest illi facili negotio consuli, nimirum, perita voti dispensatione: quæ statim concedi solet allegato incòtinè periculo. Verum si eo voto ligatus ita malo inhaeret, ut nec dispensationem petere vellet, nec à venereis desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandis: sperareturque matrimonio inito illi malo còsultum fore: amplector priorem opinionè, nempe, licere id consilium dare, quòd à maiori malo retrahatur. Tunc enim omnia requisita ad cohonestandum minoris mali consilium reperientur.

Tandem ad argumenta nu. 14. proposita respondeatur. Ad primum dicendum textum solum probare non licere cuiquam vi furas exercere, ut captiuu vitam redimat. Quia nemini licet etiam vitale admittere ad maius malum in altero vitandum, ut n. 27. probauimus: at non probat minimè licere id minus suadere malum ad maius vitandum. Ad secundum neganda est còsequentia. Quia non se habet minus malum quod est consilij obiectum, eodem modo ad consilium, & executionem. Nam in executionis potestare situm est, vtrumque mali cauere, ac proinde reus est culpa, quauis leuioris, minus malum eligendo: at còsules nequit ab vtroque malo ipsum retrahere: quòd circa licetè minus malum suadet: ut vel sic leuiorem culpam is cui consilium præbet, contrahat. Ad confirmatiorem dic, si fateremur verè suaderi minus malum, concluderetur vtrique suaderi positum, quod est malum: at non suadet minus malum: sed electio illa, quæ bona est. (ut nu. 15. explicuimus.) Ad tertium

negandus est antecedens, quando illud non petitur absolute, sed posita determinatione voluntatis ad maius malum quo aliter reuocari pequit. Ad quartu fateor non tantu posse, sed reuera esse præceptum de minori malo eligèdo, (vt. n. 15. probauimus) non absolute, sed ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum: hoc enim non est teneti ad minus malum, sed ad potius retrahendū se à maiori: sicut quando consulitur minus malum, non est reuera consilium minoris mali, sed antepositio-

nis illius minoris mali, maiori, quòd admittitur voluntas decreuerat. Ad quintum negandum est esse simile, quia prælectio illa minoris mali, ut bona sit, debet suadere medijs proportionatis, quæ iustitiam nullius violent: quale non est, dum consulitur minus damnum alicuius tertij in particulari, ut numer. 24. explicui. Ad vltimum dic negandum esse antecedens. Quia consules non est verè causa illius minoris damni, sed bonæ prælectionis quam suadet.

DISPUTATIO DVODECIMA.

Quid sit raptus: quæ ve eius pœnæ. attentio iure antiquo: & qualiter attentio eodem iure, matrimonio ineundo impedimentum sit?

S Y M M A R I V M.

Q Vot quæstiones disputantur, nu. 1.
 Q uæ sint, attentio iure antiquo, raptorum pœnæ: & an sint excommunicati: & hæc verba. anathema sit, sint excommunicationis læta, an ferendū. 2.
 Q uos condiciones desiderantur ad raptum, ut pœnis iuris communis subiaceat? nu. 3.
 An sit esse contra voluntatem puella, aut parvulorum? nu. 4.
 An sufficiat puellam videre homines ad metum inferentium paratos? nu. 5.
 Num sit raptus, si femina sui iuris consentiat, quauis alijs impedientibus vis inferatur? nu. 6.
 An satis sit, initio, vel post, faminam consentire? nu. 7.
 Quid, si parentes consentiant, at mulier dissentiat? nu. 8.
 An præsumatur contraria voluntas puella consentientis, ac sit raptus? nu. 9.
 An sit raptus, quando femina importunis precibus abducitur? nu. 10.
 Quid, si pretio, aut dolo abducatur? nu. 11.
 Quid, si parentibus contradicentibus femina consentiat? & pœna debet commensurari delicto, nu. 12.
 Quid, quando parentes ignorabant? nu. 13.
 Quid, de tutoribus, vel fratribus, sub quarum custodia est? nu. 14.
 Quid, si raptum præserat tractatus de matrimonio ineundo? & enodatur cap. penultimū, de raptoribus, nu. 15.
 An raptor raptam ducens, vitet raptorum pœnas? nu. 16.

An desideretur ve causa libidinis raptus fiat? nu. 17.
 An opus sit, carnis cõmixtionem subsequi? numer. 18.
 An raptus attentatus, & generaliter quodcuq; crimen, subiaceat eiusdem delicti pœnis? nu. 19.
 An desideretur traditio de loco ad locum? numer. 20.
 Qualis debeat esse hæc traditio? nu. 21.
 An solius femina honeste sit raptus, cuiuscūq; sit status? nu. 22.
 Quid, si meretrix rapiatur? nu. 23.
 Post, nu. 23. inuenies alia summaria.

Disputatio de impedimèto raptus delictum necessariò præmitti tāquam valde difficile; quid raptus sit. Atq; ut explicetur decretum Tridentini ses. 24. de matri. cap. 6. quod de raptu verba facit, grauissimas pœnas decernens, quarum cognitio ad conscientia forum valdè conducit: necessarium est aliqua præmitti de pœnis iure ciuili, aut canonico antiquo statuis per raptores incurrendis, quod breuiter percurram, parum enim ad forum conscientia refert. Tres igitur dispositiones de raptu infortu. Præsens, quid raptus sit, & quibus pœnis addictus attentio iure antiquo, & qualiter eo attentio, matrimonium impediatur, disputabit. Sequens, qualiter attentio Tridentini decreto, matrimonium impediatur, & quando eius pœnis obnoxius sit. Vltima, an stuprum sine raptu contingere possit, ita ut peculiarem lura-